



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

In festo S. Ioan. Eu[n]gelista: De Euangel. Ioan. 21. part. 3. hebd. 1. post
Pascha med. 5. 466. vel de vita eiusdem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

cordiæ, charitatis, liberalitatis excessu; in hac quidem ei pro se certanti spectabilem se exhibendo, auxilium & brauium offerendo, ad constantiam martyrij eundem animando, & nunc vniuersæ Ecclesiæ, tanquam primicerium Martyrum solenniter colendum æmulandumque proponendo: in altera inæstimabili cum essentiali & accidentalí glo- ria, eximiaque Martyrum aureola æ- ternum remunerando Affectus congra- tulationis de tanta eius gloria, laudis & amoris tam munifici Saluatoris & glo- rificatoris, cum firma spe similis gloriæ in aliquo saltem gradu consequendæ subiungendi.

Hic modus discurrendi, affectusque simi- les excitandi, accommodari facile potest me- ditationi cuiusvis de vitâ alicuius Sancti.

In festo Sancti Ioannis Euange-
listæ.

*Vel de Euangelio Ioan. 21. Quam vide in-
fra 3. part. hebd. 2. post Pascha, med. 5.*

Vel

De vita eiusdem B. Ioannis.

I IX.

I. Ioannem ab æterno gratis elegit Deus ad insignes prærogatiwas gratiæ

gratiæ & gloriæ tanto Apostolo, Evangelistæ, Prophetæ, Martyri, Doctori, Virgini, peculiari B. Virginis filio congruentes; ad quas promerendas eundem in tempore tam mirè deduxit, per tam suauia media, ab æterno illi præordina-
ta. Ideò in primo flore ætatis innocens à Christo vocatus, præ omnibus pecu-
liariter dilectus, supra alios diuinorum
mysteriorum scientia illustratus, ad inti-
mam Christi & B. Virginis familiaria-
tatem admissus, longiore vita supra om-
nes Apostolos ad merita sua augenda
donatus, &c. ut suprà. Admiratio, con-
gratulatio, gratitudo, amor.

II. Ioannes tam peculiari dilectioni se
gratum exhibere, tamq; eminenti gra-
tia cooperari conatus fuit, 1. Innocenti-
am cum ingenuo candore, simplicitate
& humilitate coniunctam, illibaram
conferuando. 2. Christum tam peculia-
riter se amantem, tenerimè redaman-
do, & B. Matrem eius filiali amore, ho-
nore, obsequio prosequendo. 3 Arden-
tissimum fraternalę dilectionis zelum
erga omnes tota vita exercendo, omni-
busq; eundem, exemplo, verbo, scripto
inculcādo Feruor in his cum æmulādi.
III. Millificè à Christo fuit in hoc sæcu-
lo exaltatus, ut habeatur, colatur, cele-
bretur

brerur inter principes Apostolorum,
Aquila Euangelistarum, vertex Theo-
logorum, primicerius Virginum, dile-
ctissimus Christi discipulorū : In altero
excellenti sublimatus gloria, & triplici,
Virginum, Martyrum, Doctorum au-
reolā. Congratulatio, gratiarum actio,
amor, spes similis gloriæ.

In festo Sanctorum Innocen- IV.
tum.

I. INFantes quos filius Dei ab æterno
in Martyrum primitias, Virginum-
que primæuos flores ex gratuito infini-
tæ dilectionis affectu elegerat, nunc
factus infans, & in cunis vagiens, è cunis
innocentes miro quidem & occulto,
sed pio & misericordi consilio ad se tra-
xit, permittendo eos sævitia Herodis
in odium sui, vita in vitæ primordio
priuari, ut sic moriendo ipsum confiten-
tes, martyrij aureolā mererentur coro-
nari, qui si diutius vixissent, fortasse
linguis suis cum reliquis Iudeis eūdem
crucifixissent. QUAM mirabilis Deus in
omnibus operibus suis, maximè in ope-
ribus tantæ miserationis, tam gratuitæ
& gratiæ electionis ! QUAM reue-
renter suspicienda, quam gratanter

cccc-